omnia et secuti sumus te.
Quid ergo erit nobis. Ihc
autem dixit illis. Amen di
co uobis quod uos qui se
cuti estis me in regenera
tione cum sederit filius
hominis in sede maiesta
tis sue sedebitis et uos super
sedes duodecim iudican
tes duodecim tribus israel. Et
omnis qui reliquerit do
mum uel fratres aut soro
res aut patrem aut matrem
aut uxorem aut filios
aut agros propter nomen
meum centuplum accipi
et et uitam eternam posside
Desiderium Off. bit.
anime eius tribuisti ei
domine et uoluntate labiorum
eius non fraudasti eum po
suisti in capite eius coronam
de lapide pretioso. Secr.

Laudis tue domine hos
tias immolamus in tuorum com
memoratione sanctorum quibus
nos et presentibus exui malis
confidimus et futuris. P. co.
Fidelis seruus et prudens
quem constituit dominus super
familiam suam ut det illis in
tempore tritici mensuram. Pt.
Refecti cibo potuque ce co.
lesti deus noster te supplices
exoramus ut in cuius hec
commemoratione percepimus
eius muniamur et precibus. P.
Beati Ge Genesii martis.
Genesii nos domine foueant
continuata presidia quia non
desinis propicius intueri quos
talibus auxiliis concesseris ad
Auuiari. P. dnm. Sec.
Adesto domine precibus popli
tui adesto muneribus ut que
sacris sunt oblata mysteriis
tuorum placeant interces
sione sanctorum. P. post com.
Sumpsimus domine pignus
redemptionis eterne sit
nobis quesumus interueniente beato
Genesio martire tuo uite presen
tis auxilium pariter et
future. P. Rufi martis. coll.
Letetur ecclesia tua deus
beati rufi martiris tui confi
sa suffragiis atque eius preci
bus gloriosis et deuota prima

neat. et secura consistat. P.
Suscipe dne munera Sec.
que in eius tibi sollep
nitate deferimus. cuius nos
confidimus patrocinio liberari. P.
Sacrasti dne fa Pt. co.
miliam tuam muni
bus sacris. eius qs semper in
terventione nos refove.
cuius sollempnia celebra
mus. P. Augustini epi.
In medio ecclie aperuit
os eius et impleuit eum
dns spu sapientie et intel
lectus stola glie induit eum.
P. Iocunditate et exultatio
ne thesaur. sup eum. coll.
Ds qui anime famuli
tui. N. Augustini eter
ne beatitudinis pmia contu
listi. concede propicius. ut q
peccatorum nrorum ponde
premimur. eius apud te
precibus subleuemur. P. Code
die Hermetis mris. coll.
Deus qui beatum her
mem mrem tuum
virtute constantie in pas
sione roborasti. ex eius nob
imitatione tribue pro a
more tuo prospera mundi
despicere. et nulla aduersa
formidare. P. Li. Sapien
Ecce sacerdos mag tie
nus qui in diebus suis
placuit deo. et inuentus
est iustus. Et in tempore
iracundie factus est re
conciliatio. Non est in
uentus similis illi. qui
conseruaret legem ex
celsi. Ideo iure iurando
fecit illum dns crescere
in plebem suam. Bene
dictionem omnium gen
tium dedit illi. et testa
mentum suum confir
mauit sup caput eius.
Cognouit eum in bene
dictionibus suis. conser
uauit illi misericordiam suam
et inuenit gratiam coram
oculis dni. Magnifica
uit eum in conspectu
regum. et dedit illi coro
nam glie. Statuit illi
testamentum sempiter
num. et dedit illi sacerdo
tium magnum. et bea
tificauit illum in glia.
Fungi sacerdotio. et habe
laudem in nomine ipsius.
Et offerre illi incensum
dignum. in odorem suauitatis.
Os iusti meditabi Gr.
tur sapientiam et lin
gua eius loquetur iudi
cium. V. Lex dei eius in
corde ipsius et non sup
plantabuntur gressus eius.

Alla. Posui adiutorium sup pofontem et exaltaui electum de plebe mea. Sm Matheum.

Nillo t. Dixit ihc discipulis suis. Vigilate quia nescitis qua hora dominus uestr uenturus sit. Illud autem scitote quia si sciret pat familias qua hora fur uenturus esset uigilaret utique et non sineret pfodi domum suam. Ideo et uos estote parati quia qua hora nescitis filius hominis uenturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens. quem constituit dominus suus sup familiam suam. ut det illis escam in tempore. Beatus ille seruus quem cum uenerit dns eius inuenerit sic faciente. Amen dico uobis quoniam sup omnia bona sua. Ut constituet eum. Off.

Veritas mea et mia mea cum ipo et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Annue nobis do. Sec.

mine. ut meritis beati augustini nobis familis tuis hec psit oblatio. qm immolando toci mundi tribuisti relaxare delicta. P. It de sco hermete. Sec.

Sacrificium tibi dne laudis offimus in tuorum commemoratione scorum. da qs. ut qd illis contulit gliam. nobis psit ad salutem. P.

Domine quinque ta. com.

lenta tradidisti michi ecce alia quinque sup lucratus sum euge serue fidelis quia sup pauca fuisti fidelis sup multa te constituam intra in gaudium dni tui. post co.

Ds qui btm augustinum pontificem scorum tuorum meritis coequasti concede ppicius ut qui commemorationis eius festa pcolimus uite quoque imitemur exempla. P.

De sco hermete. pt.

Repleti dne bn. com.

dictione celesti qs clementiam tuam ut intercedente bto herme martyre tuo. que humiliter gerimus salubriter sentiamus. P. Sabine uirg. et

Cognoui dne. mris.

quia equitas iudicia tua. humiliasti me confige timore tuo carnes meas a mandatis tuis no

et in ueritate tua

me repellas. P. Beati immaculati in via. quia am. coll.

Ds qui int cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti concede propicius ut cuius natalicia colimus. per eius ad te exempla gradiamur. P. Ad corinthios.

Fres. Qui gla tur in dno glorietur. Non enim qui seipm comendat ille probatus est. sed quem deus comendat. Utinam sustineretis mocum quid insipientie me est. sed et subportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere xpo.

Dilexisti iusticiam. Gr. et odisti iniquitatem. V. Propterea unxit te ds deus tuus oleo leticie. xxxx

Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Sm matheum.

In illo t. Dixit ihc dis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro quem qui invenit homo abscondit et vendit universa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas. Inventa autem una preciosa margarita abiit et vendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa sua malos autem foras miserunt. Sic erit in consumatione seculi. Exibunt angli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia. Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera. off. Filie re

gum in honore tuo astitit
regina a dextris tuis in vesti
tu deaurato circumdata
Suavitate. Secre.
Suscipe munera dne
que in beate sabine vir
ginis et martyris tue
sollempnitate defrim.
cuius nos confidimus
patrocinio liberari. P. co
Principes persecuti sunt
me gratis et auribus
tuis formidavit cor meum
letabor ego super eloquia
tua sicut qui invenit
multa concupivit anima
mea testimonia tua dne
et dilexit ea vehementer.
Auxilientur. pt com.
A nobis dne sumpta
mysteria et intercedente
bta Sabina martyre
tua sempiterna protec
tione confirment. P.
In decollatione s. Johis
Iustus ut pal baptiste.
ma florebit sicut cedrus
lib. ani multiplicabitur
plantatus in domo dni
in atriis domus dei nri.
P. Bonum e confiteri do.
et psallere no. t. al. Collecta.
Sancti iohannis bap
tiste et martyris
tue dne qs venanda

festivitas salutaris auxi
lii nobis prestet effectum. P.
Fres. ad hebreos.
Sancti luclibria et
vertera experti insuper et
vincula et carceres lapida
ti sunt secti sunt tempta
ti sunt in occisione gladii
mortui sunt. Circuierunt
in melotis in pellibus capri
nis egentes angustiati
angustiati afflicti quibus
dignus non erat mundus.
In solitudinibus errantes
in montibus et in speluncis
et in cavernis terre. Et hii
omnes testimonio fidei pro
bati inventi sunt. In xpo
Pihesu dno nro. Gre
Posuisti dne super caput
eius coronam de lapide pre
cioso. V. Desiderium ani
me eius tribuisti ei et volun
tate labiorum eius non frau
Adasti eum. V. V. V. V.
Alla. V. Misso herodes
spiculatore precepit ampu
tari caput iohannis in
carcere. Sin Marcum.
Nullo t. Misit herodes
ac tenuit iohannem et
vinxit eum in carcerem
propter herodiadem uxo
uxorem philippi fris sui
quia duxerat eam. Dice

bat enim iohannes herodi.
Non licet tibi uxorem ha
bere fratris tui. Herodias
autem insidiabatur illi.
et uolebat occidere eum nec
poterat. Herodes enim me
tuebat iohannem. sciens e
um uirum iustum et sanctum
et custodiebat eum. Et au
dito eo multa faciebat. et
libenter eum audiebat. Et
cum dies oportunus ac
cidisset. herodes natalis sui
fecit cenam principibus et
tribunis et primis ga
lilee. Cumque introisset fi
lia ipsius herodiadis et
saltasset et placuisset herodi.
simulque recumbentibus rex
ait puelle. Pete a me quod
uis. et dabo tibi. Et iura
uit illi. quia quicquid pe
cieris dabo tibi. licet di
midium regni mei. Que
cum exisset. dixit matri
sue. Quid petam. At illa
dixit. Caput iohannis
baptiste. Cumque introisset
statim cum festinatione
ad regem. petiuit dicens.
Volo. ut protinus des michi
in disco. caput iohannis
baptiste. Et contristatus est
rex. Propter iusiurandum.
et propter simul recumben

tes. noluit eam contrista
ri. sed misso spiculatore pre
cepit afferri caput eius
in disco. et decollauit eum
in carcere. et dedit illud
puelle. et puella dedit
matri sue. Quo audito
discipuli eius uenerunt
et tulerunt corpus eius.
et posuerunt illud. in mo
numento. Off.
Desiderium anime eius
tribuisti ei domine et uolun
tate labiorum eius non
fraudasti eum posuisti in
capite eius coronam de lapide
hostia Sec. | preciosa.
Hec quesumus domine quam
sancti iohannis baptiste
et martyris tui natalicia
recensentes offerimus.
et uincula nostre prauitatis
absoluat. et tue nobis
misericordie dona conciliet. P.
Magna est gloria eius co.
in salutari tuo gloriam
et magnum decorem impo
nes super eum domine. Post co.
Repleti domine mu
neribus hostie saluta
ris. illius quesumus orationibus
adiuuemur. qui hanc
pro nobis singulariter immo
landam. et uerbo docuit.
et proprii sanguinis effusi

one signauit. ℣. e. Felicis
et ad aucti mr̄m.
Sapientiam sc̄orum
narrant ppli ⁊ lau
dem eorum nunciat ecclia
nomina autem eorum in
uent in sclm̄ scli. ℣. Exul
tate iusti in dn̄o. rec. decz. c.
Maiestatem tuā coll:
domine supplices de
precamur: ut sicut nos
iugiter sc̄orum tuorum
exempla ꝯmemoratione
letificas: ita semp̄ suppli
catione defendas. ℣. lc. k.
Iusti in ꝑpe Sapientie.
tuum uiuent: et apud
dn̄m est merces eorum.
et cogitatio illorum apd̄
altissimum. Ideo accipi
ent regnum decoris et
dyadema speciei de ma
nu domini: qm̄ dextera
sua teget eos. ⁊ brachio
sancto suo defendet il
los. Accipient armatu
ram zeli illius: et ar
mabit creaturam ad
ultionem inimicorum.
Induent ꝓ thorace iusti
ciam: et accipient ꝓ ga
lea iudicium certum.
Sumet scutum in ec
pugnabile equitatem:
ibunt directe ꝓmissio
nes. Et ad certum locum
deducet illos: dn̄s d̄s nr̄.
Iustorum anime in ℟. Rz
manu dei sunt ⁊ nō tanget
illos tormentum malicie. ℣.
Visi sunt oculis insipientiū
mori illi autē sunt in pace.
Alla. ℣. Sancti et iusti in
domino gaudete. uos elegit
deus in hereditatem sibi. Sm
Nillo. t. Matheum
Dixit ihc̄ discipulis suis.
Nichil opertum quod n̄
reueletur: et occultum
qd̄ non scietur. Qd̄ dico
uobis in tenebris dicite
in lumine: et quod in au
re auditis p̄dicate sup̄ tec
ta. Et nolite timere eos
qui occidunt corpus ani
mam autem nō possunt
occidere: s; potius eum ti
mete. qui potest animā
⁊ corpus ꝑdere in gehennā.
Nonne duo passeres asse
ueneunt: et unus ex illis
non cadet sup̄ terram sine
patre uro. Uestri autem ⁊
capilli capitis: om̄s nume
rati sunt. Nolite g̃ timere:
multis passeribꝫ meliores
estis uos. Omnis g̃ qui
confitebitur me coram ho
minibꝫ: confitebor ⁊ ego
eum coram patre meo q̄

est in celis. Off. Letami
ni in domino et exultate
iusti et gloriamini omnes
recti corde. Secre.
Hostias domine tue
plebis intende. et quas
in honore sanctorum tuorum
devota mente celebrat.
proficere sibi sentiat ad sa
lutem. Post co.
Quod dico
Quobis in tenebris dicite
in lumine dicit dominus et
quod in aure auditis pre
dicate super tecta. Post co.
Repleti domine mu
neribus sacris quesumus ut
intercedentibus sanctis
tuis in gratiarum semper
actione maneamus. P.
Os iusti Egidii abbatis
meditabitur sapien
tiam et lingua eius
loquetur iudicium lex dei eius
in corde ipsius. P. Noli emu
lari in malig. Gl'a p. Collecta
Intercessio nos quesumus domine
beati Egidii abbatis com
mendet. ut quod nostris
meritis non valemus.
eius patrocinio assequa
mur. P. Eodem die prisci
Adesto domine martiris
supplicationibus nostris.
ut qui ex iniquitate nostra
reos nos esse cognoscimus.

beati prisci martiris tui in
tercessione liberemur. P.
Dilectus a deo et ho
minibus. cuius memo
ria in benedictione est. Si
milem illum fecit in
gloria sanctorum. et magni
ficavit eum in timore
inimicorum. et in verbis
suis monstra placavit.
Glorificavit illum in
conspectu regum. et iussit
illi coram populo suo.
et ostendit illi gloriam
suam. In fide et lenita
te ipsius sanctum fecit illum.
et elegit eum ex omni
carne. Audivit enim
vocem ipsius. et induxit
illum in nubem. Et de
dit illi cor et precepta. et
legem vite. et discipline.
Domine prevenisti Gr.
eum in benedictionibus
dulcedinis posuisti in ca
pite eius coronam de lapi
de precioso. Alleluia. V. Ius
tus germinabit sicut
lilium et florebit in
eternum ante dominum. Sim
Nullo t. Matheum
Dixit Symon pe
trus ad ihesum. Ecce nos
reliquimus omnia.

B. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum seculum seculi

Noli emulari in malignantibus neque celaverit faciens iniquitatem

et secuti sumus te. Quid
ergo erit nobis? Ihesus autem
dixit illis. Amen dico
vobis: quod vos qui se
cuti estis me in regenera
tione cum sederit filius
hominis in sede maies
tatis sue: sedebitis et
vos super sedes duodecim.
iudicantes duodecim tri
bus israel. Et omnis qui re
liquerit domum vel fratres.
aut sorores. aut patrem.
aut matrem. aut uxorem.
aut filios. aut agros.
propter nomen meum: cen
tuplum accipiet: et vi
tam eternam possidebit.

Desiderium ani Oratio.
me eius tribuisti ei
domine et voluntate labi
orum eius non fraudasti
eum posuisti in capite eius
coronam de lapide precioso.

Sacris altaribus Secreta.
domine hostias sup
positas sanctus egidius
abbas quas in salutem
nobis provenire deposcat.

Munere Item alia. P.
ribus nostris quas domi
ne precibusque susceptis
nos munda mysteriis
et clementer exaudi. P.

Amen dico vobis quod Co.

vos qui reliquistis omnia
et secuti estis me centuplum
accipietis et vitam eternam
possidebitis. Post Co.

Protegat nos clemen
cum tui perceptione sacra
menti beatus egidius
abbas pro nobis intercedendo
ut conversationis ex
ercitiamur insignia. P. Item

Quas omnipotens deus alia.
ut qui celestia alimen
ta percepimus: intercedente
beato prisco matre tuo. per hec
contra adversa muniamur. P.

Pro Marcelli mr. coll.
quas omnipotens deus: ut qui
beati marcelli martyris tui
natalicia colimus: inter
cessione eius in tui nominis
amore roboremur. P. Secreta.

Muneribus nostris quas domine
precibusque susceptis. et
celestibus nos munda mys
teriis. et clementer exaudi. P.

Da quas domine pro Co.
deus noster: ut sicut tuorum
commemoratione sanctorum
temporali gratulamur of
ficio: ita perpetuo letemur
aspectu. P. Guercii epi. et confess.

Deus qui conspicis quia
ex nulla nostra virtu
te subsistimus: concede pro
picius: ut intercessione beati

euurcij confessoris tui
atq; pontificis contra
omnia adversa muniam.
Da miseri Sec. l. P.
cors deus. ut hec nos
salutaris oblatio. et a pro
priis reatibus indesinenter
expediat. et ab omnibus
tueatur adversis. P. pt co.
Pra quas domine deus
nr. ut quorum festi
uitate votiua sunt sacra
menta. eorum salutaria
nobis intercessione reddan
tur. P. In sancte bte mari
e virg.
Gaudeamus omnes in domino
diem festum cele
brantes sub hono
re marie virginis de cuius
natiuitate gaudent angli et
collaudant filium dei. P.
Eructauit cor meum. u. Gloria
Famulis tuis do coll.
mine celestis gracie
munus impertire. ut quibus
bte virginis partus ex
titit salutis exordium.
natiuitatis eius votiua
sollempnitas pacis tribu
at incrementum. P. Eode
Pra quas che adriani
omnipotens deus. uiris.
ut qui beati adriani mrs
tui natalicia colimus.

a cunctis malis imminen
tibus eius intercessione li
berentur. P. Lc. li. sapien
Ego quasi uitis
fructificaui su
auitatem odoris. et flo
res mei fructus hono
ris et honestatis. Ego
mater pulchre dilectio
nis et timoris. et agni
tionis et sancte spei. In
me omnis gra uite et
ueritatis et uirtutis. Tran
site ad me omnes qui
concupiscitis me. et a ge
nationibus meis adim
plemini. Spe enim me
us super mel dulcis. et he
reditas mea super mel et fa
uum. Memoria mea.
in generatione sclorum.
Qui edunt me adhuc
esurient. et qui bibunt
me adhuc sicient. Qui
audit me non confun
detur. et qui operantur in
me non peccabunt. Qui
elucidant me. uitam e
ternam habebunt. Gr.
Propter ueritatem et
mansuetudinem et iusti
ciam et deducet te mirabi
liter dextera tua. V. Audi
filia et uide et inclina au
rem tuam quia concupiuit

ptione.
e gaptionis
excelsi n dr

a in me omnis spes uite.

rex speciem tuam.

Alla. V. Natiuitas gloriose uirginis Marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Inicium sci euangelii sm Mathm.

Liber generationis ihu xpi filii dauid filii abraham. Abraham genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob. Iacob autem genuit iudam et fres eius. Iudas autem genuit phares et zaram de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason autem genuit salmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Iesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomonem ex ea que fuit urie. Salomon autem genuit roboam. Roboam autem genuit abyam. Abya autem genuit iosaphat. Iosaphat autem genuit ioram. Ioram autem genuit oziam. Ozias autem genuit ioathan. Ioathan autem genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manassen. Manasses autem genuit amon. Amon autem genuit iosiam. Iosias autem genuit iechoniam et fres eius in transmigratione babylonis. Et post transmigrationem babylonis iechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. Zorobabel autem genuit abyut. Abyut autem genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch autem genuit achym. Achym autem genuit eliut. Eliut autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autem genuit iacob. Iacob autem genuit ioseph uirum ma

+ genuit asa
asa aut

rie. De qua natus est ihc.
qui uocatur xpc. Cre
do in unum deum. Off.
Felix namque es sacra
uirgo maria et omni
laude dignissima quia ex
te ortus est sol iusticie xpc
Unige Sec. ds nr.
Unici tui domine no
bis succurrat humani
tas. ut qui natus de uir
gine matris integritatem
non minuit sed sacrauit.
in natiuitatis eius sol
lempniis. a nris nos
piaculis exuens. obla
tionem nram sibi faci
at acceptam. P. Item alia
Oblatis qs domine
placare muneribus.
et intercedente beato
adriano nre tuo. a
cunctis nos defende
periculis. P. Hac die et per
totam octauam dicatur prefatio
Et te in natiuitate hre.
Beata co. Marie.
Uiscera marie uirgi
nis que portauerunt e
terni patris filium. post co.
Sumpsimus dne
celebritatis annu
uotiua sacramenta
pra qs. ut et tempora
lis nobis uite remedia
preeant et eterne. P. Item
Sit nobis dne. alia
reparatio mentis et
corporis celeste mysteri
um. ut cuius exequi
mur actionem. senti
amus effectum. P. In
octa et per octauam hre uirg.
Gaudeamus omnes in do.
et cetera omnia sic in die
Nat. ipius. Gorgonii
Gloria et mris.
honore coronasti eum
et constituisti eum
sup opa manuum tuarum. P.
Dne dns nr. Gla. p. coll.
Beati gorgonii nos
domine foueant con
tinuata presidia. quia
non desinis propicius in
tueri. quos talibus auxi
liis concesseris adiu lc.
uari. P. li. Sapientie.
Iustus si morte preoccupa
tus fuerit. in refrigeri
o erit. Senectus enim
uenerabilis est non di
uturna. neque numero a
norum computata. Ca
ni sunt autem sensus ho
minis. et etas senectutis
uita immaculata. Placens
deo factus dilectus. et ui
uens inter peccatores trans
latus est. Raptus est ne

malicia mutaret intellec
tum illius: aut ne fictio
deciperet animam illius.
Consummatus in breui
expleuit tempora mul
ta: placita enim erat deo
anima illius. Propter hoc
properauit educere illum
de medio iniquitatum:
quoniam gratia dei et misericordia
est in sanctos eius: et
respectus in electos illius.
Posuisti domine super Gra.
caput eius coronam de lapi
de pretioso. V. Desiderium
anime eius tribuisti ei et
uoluntate labiorum eius
non fraudasti eum.
Alla. V. Beatus uir
qui timet dominum in man
datis eius cupit nimis
Nullo t. Sm Lucam
Dixit ihc dis suis. Si
quis uult post me ueni
re: abneget semetipsum et
tollat crucem suam cot
tidie et sequatur me. Qui
enim uoluerit animam
suam saluam facere: per
det eam. Nam qui perdide
rit animam suam propter
me: saluam faciet illam.
Quid enim proficit homo
si lucretur uniuersum mun
dum. se autem ipsum per

dat. et detrimentum sui fa
ciat. Nam qui me erubu
erit et meos sermones:
hunc filius hominis e
rubescet. cum uenerit in
maiestate sua. et patris.
et sanctorum angelorum. Di
co autem uobis: uere
sunt aliqui hic stantes
qui non gustabunt mor
tem: donec uideant regnum
Posuisti do off. dei.
mine in capite eius
coronam de lapide pretio
so uitam petiit a te tribuis
Adesto do Sec. ti ei.
mine precibus populi
tui. adesto muneribus. ut
que sacris sunt oblata
mysteriis. tuorum place
ant intercessione sanctorum. P.
Magna est gloria eius co.
in salutari tuo gloriam
et magnum decorem impo
nes super eum domine. post co.
Sumpsimus domine
pignus redemptionis
eterne: sit nobis quesumus in
uenientem beato gorgoni
o martire tuo. uite presen
tis auxilium pariter et
future. P. Pcti et Ja
udicant cincti martirum
sancti gentes et domi
nantur populis regnabit

dñs deus illorum imperpetu
um. ℣. Exultate iusti in do.
rectos decet coll. Bla. Coll.
Beati prothi nos do
mine et iacincti fo
ueat pciosa confessio.
et pia iugiter intercessio
tueatur. ℣. Sapientie.
Reddet deus mercede
laborum sctorum su
orum. et deducet illos i
uia mirabili. Et fuit illis
in uelamento diei. et in
luce stellarum nocte. Tra
tulit illos mare rubrum.
et transuerit illos p a
quam nimiam. Inimi
cos autem illorum demer
sit in mare. et ab altitu
dine inferorum eduxit
illos. Ideo iusti tulerunt
spolia impiorum. et de
cantauerunt domine no
men scm tuum. Et uic
tricem manum tuam
laudauerunt pariter.
domine deus nr. Bre.
Exultabunt sancti in
gloria letabuntur in cubi
libus suis. ℣. Cantate dño
canticum nouum laus eius
in ecclesia sanctorum.
Alla. ℣. Te martyrum
candidatus laudat exer
citus dñe. Sm Mathm.

Illo t. Dixit ihc discip.
suis. Cum psequentur
uos in ciuitate ista. fu
gite in aliam. Amen di
co uobis. non consumma
bitis ciuitates isrl. donec
ueniat filius hominis. Non
est discipulus sup magis
trum. nec seruus super
dnm suum. Sufficit disci
pulo ut sit sicut magister
eius. et seruus sicut dñs
eius. Si prem familias be
elzebub uocauerunt. quan
tomagis domesticos eius.
Ne ergo timueritis eos.
Nichil enim optum qd
non reuelabitur. et occul
tum quod non scietur.
Quod dico uobis in tene
bris dicite in lumine.
et quod in aure auditis
pdicate sup tecta. Et
nolite timere eos qui
occidunt corpus. ani
mam autem non possunt
occidere. sed potius eum
timete. qui potest aiam
et corpus pdere in ge
henna. Nonne duo
passeres asse ueneunt
et unus ex illis non ca
det sup terram sine pre
uro. Uestri autem capil
li capitis. omis numerati

sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus. confitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis. Qui autem negaverit me coram hominibus negabo et ego eum coram patre meo.

Qui est in celis. off.

Coriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum quoniam tu domine benedices iustis domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti eos.

Pro sanctorum pro Sec.

thi et Jacincti munera tibi domine commemoratione que debemus excolimus. prestantes quesumus. ut remedium nobis perpetue salutis operentur. P. Co.

Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus et quod in aure auditis predicate super tecta

Ut percepta post com.

nos domine tua sancta purificent. beati prothi et Jacincti quesumus imploret oratio. P. Cornelii et Cypriani mar.

Sacerdotes dei benedicite dominum sancti et humiles corde laudate dominum.

P. Benedicite omnia opera domini domino laud. coll.

Infirmitatem nostram quesumus domine propicius respice. et mala omnia que iuste meremur. sanctorum tuorum intercessione averte. P. Lc. li. Sapientie.

Expectatio iustorum leticia. spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis via domini. et pavor his qui operantur malum. Justus in eternum non commovebitur. impii autem non habitabunt in terra. Os iusti parturit sapientiam. lingua pravorum peribit. Labia iusti considerant placita. et os impiorum perversa. Simplicitas iustorum diriget eos. et supplantatio perversorum vastabit illos. Justicia rectorum liberabit eos. et in insidiis suis capientur iniqui. Justus de angustia sua liberatus est. et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum. iusti autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum

exaltabitur ciuitas: in
perditione impiorum
erit laudatio. In bene
dictione iustorum: ex
altabitur ciuitas. Gr.
Timete dominum omnes
sancti eius quoniam nichil
deest timentibus eum. V.
Inquirentes autem dominum
non deficient omni bono.
Alla. V. Mirabilis
dominus noster in
sanctis suis. S. Johem.
Nullo t. Dixit ihesus
turbis iudeorum et prin
cipibus sacerdotum. Ve
uobis qui edificatis
monumenta prophetarum:
patres autem nostri occi
derunt illos. Profecto tes
tificamini quod consen
titis operibus patrum
uestrorum: quoniam quidem ipsi oc
ciderunt eos. uos autem
edificatis eorum sepulchra.
Propterea et sapientia dei
dixit. Mittam ad illos
prophetas et apostolos. et ex
illis occident et persequen
tur: ut inquiratur san
guis omnium prophetarum
qui effusus est a consti
tutione mundi. a gene
ratione ista. a sanguine
abel usque ad sanguinem
zacharie. qui periit inter
altare et edem. Ita di
co uobis: requiretur
ab hac generatione. Ve
uobis legisperitis: quia
tulistis clauem scien
tie: ipsi non introistis.
et eos qui introibant pro
hibuistis. Cum hec ad
illos diceret: ceperunt pha
risei et legisperiti graui
insistere. et os eius oppri
mere. de multis insidian
tes ei: et querentes capere
aliquid ex ore eius: ut
accusarent eum. Off.
Letamini in domino et
exultate iusti et gloriami
ni omnes recti corde. Alla. Sec.
Adesto domine suppli
cationibus nostris. quas
in sanctorum tuorum com
memoratione deferi
mus. ut qui nostre fiduci
am non habemus: eo
rum qui tibi placuerunt
meritis adiuuemur. P.
Iustorum anime in com
manu dei sunt et non tan
get illos tormentum ma
licie. uisi sunt oculis insi
pientium mori illi autem
sunt in pace. post com.
Os domine salutari
bus repleti mysteriis:

ut quorum sollempni
celebramus: eorum o
rationibus adiuuemur. P.
In exaltatione s. crucis.
Nos autem gloria
ri oportet in cru
ce domini nostri
ihu xpi in quo est salus
uita et resurrectio nra p
quem saluati et liberati su
mus. P. Deus misereatur
nri et bndicat nob. ill. wl. s.
Ds qui unige Coll.
uiti tui domini
nri ihu xpi precioso san
guine humanum genus
redimere dignatus es:
concede ppicius. ut qui
ad adorandam uiuificam
crucem aduenimus: a
peccatorum suorum nexibus
liberentur. P. Ad philip
Fres: Xpc penses.
factus e p nobis obe
diens usq ad mortem: mor
tem autem crucis. Propter
quod et ds illum exalta
uit: et donauit illi nomen
quod e sup omne nomen:
ut in nomine ihu omne
genu flectatur. celestium.
terrestrium. et infernorum.
Et omnis lingua confi
teatur: quia dns ihc xpc:
in gloria est dei patris. Gr.

Xpc factus e p nobis o
bediens usq ad mortem
mortem autem crucis. V.
Propter quod et ds exalta
uit illum et dedit illi no
men qd est sup omne nomen.
Alla. V. Dulce lignum
dulces clauos dulcia
ferens pondera que sola fu
isti digna sustinere regem
celorum et hominum. S.
Nullo t. Johannem.
dixit ihc turbis iude
orum. Nunc iudicium
e mundi: nunc prin
ceps mundi huius: eici
etur foras. Et ego si ex
altatus fuero a terra:
omnia traham ad me
ipm. Hoc autem dice
bat: significans qua
morte esset moriturus.
Respondit ei turba. Nos
audiuimus ex lege: quia
xpc manet in eternum.
Et quomodo tu dicis. o
portet exaltari filium
hominis: Quis est iste
filius hominis: Dixit
g eis ihc. Adhuc modi
cum lumen in uobis
est. Ambulate dum lu
cem habetis: ut no uos
tenebre comphendant.
Et qui ambulat in te

nebris. nescit quo ua
dat. Dum lucem habe
tis. credite in lucem.
ut filij lucis sitis. Cre
do in unum deum. offert.
Verbum crucis pereun
tibus stultitia est. hijs
autem qui salui fiunt idem
nobis virtus dei est alleluia. Sec.
Deuotas domine hu
militatis nostre preces
et hostias miscdie tue
precedat auxilium. et sa
lutem quam per adam
in paradyso ligni clause
rat temeraria presump
tio. ligni rursum fides
aperiat. P. prefacio. Qui
salutem humani. Com.
Per signum crucis de in
imicis nostris libera nos deus
noster alleluia alleluia. post co.
Quesumus omnipotens deus. ut quos
diuina tribuis per
ticipatione gaudere. hu
manis non sinas sub
iacere periculis. P. Nycho
Iustus non metus mris.
conturbabitur quia dns
firmat manum eius tota
die miseretur et commodat
et semen eius in benedicti
one erit metum conser
uabitur. P. Noli emula
ri in malig. neque cel. collecta.

Adesto domine populo tuo.
ut beati nychomedis
mris tui merita precla
ra suscipiens. ad impe
trandam miscdiam tu
am semper eius patroci
nijs adiuuemur. P. do.
Iustus. Li. Sapientie
cor suum tradet ad ui
gilandum diluculo ad
dnm qui fecit illum. et
in conspectu altissimi depre
cabitur. Aperiet os suum
in oratione. et pro delictis
suis deprecabitur. Si enim
dns magnus uoluerit.
spu intelligentie reple
bit illum. Et ipse tamquam
ymbres mittet eloquia
sapientie sue. et in orati
one confitebitur domino.
Et ipse diriget consilium
eius et disciplinam. et
in absconditis suis consi
liabitur. Et ipse palam fa
ciet disciplinam doctrine
sue. et in lege testamenti
domini gloriabitur. Col
laudabunt multi sapien
tiam eius. et usque in seculum
non delebitur. Non rece
det memoria eius. et no
men eius requiretur a
generatione in generationem.
Domine preuenisti. Ex

eum in benedictionibus dulce
dinis posuisti in capite eius
coronam de lapide preciosa. V.
Vitam petiit a te tribuis
ti longitudinem dierum
in seculum seculi. | . | .
Alla. V. Beatus vir
qui sufferet temptationem
quoniam cum probatus fuerit acci
piet coronam vite. Sm
Nullo. t. Marheum
Dixit ihesus dis suis. Si
quis vult me sequi. de
neget semetipsum. et tol
lat crucem suam. et se
quatur me. Qui enim vo
luerit animam suam sal
uam facere. perdet eam.
Qui autem perdiderit ani
mam propter me et ewan
gelium. saluam faciet eam.
Quid enim prodit homi
ni si lucretur mundum
totum. et detrimentum
faciat anime sue. Aut
quid dabit homo commuta
tionis pro anima sua. Qui
enim me confessus fuerit
et mea verba in generatione
ista adultera et peccatrice.
et filius hominis confun
det eum. cum venerit in
gloria patris sui cum an
gelis sanctis. Et dicebat
illis. Amen dico vobis.

quia sunt quidam de hic
stantibus qui non gustabunt
mortem. donec videant
regnum dei. veniens in
Gloria et off. virtute.
honore coronasti eum
et constituisti eum super opera
manuum tuarum domine. Sec.
Suscipe domine munera
propicius oblata. que
maiestati tue beati Ny
chomedis martiris tui com
mendet oratio. P. do. com.
Qui vult venire post
me abneget semetipsum
et tollat crucem suam et
sequatur me. post com.
Purificent nos domine
sacramenta que
sumpsimus. et intercedente
beato Nychomede
martire tuo. acunctis effici
ant vitiis absolutos. P.
Euferme virg.
Vultum tuum depre
cabuntur omnes di
uites plebis adducentur
regi virgines post eam proxi
me eius adducentur tibi
in leticia et exultatione. P.
Eructauit cor meum verbum bonum.
Omnipotens semper deus. collecta.
qui infirma mundi
eligis. ut fortia queque con
fundas. concede propicius.

ut qui bte eufemie mris
tue sollempnia colimus.
eius apud te patrocinia
sentiamus. P. Sc. li. Sapi
entie.
Confitebor ti
bi domine rex. et col
laudabo te dm saluatorem
meum. Confitebor nomi
ni tuo qm adiutor et p
tector factus es michi.
et liberasti corpus me
um a pcitione. a laque
o lingue inique. et a
labiis opantium men
dacium. Et in conspec
tu astantium factus es
michi adiutor. et liberas
ti me scdm multitudinem
miscdie nominis tui.
Arrugientib; pparatis
ad escam. de manibus
querentium animam
meam. et de portis tri
bulationum que circum
dederunt me. a pssura
flamme que circumde
dit me. et in medio ig
nis non sum estuata.
De altitudine uentris
inferi. et lingua coin
quinata. et uerbo men
dacii. a rege iniquo. et
lingua iniusta. Lauda
bit usq; ad mortem ani
ma mea dnm. et uita
mea appinquans erat
in infernum deorsum.
Circumdederunt me
undiq;. et non erat qui
adiuuaret. Respiciens
ad adiutorium hominum.
et non erat. Memorata
sum miscdie tue dne
et cooperationis tue. que
a seculo sunt. Quoniam
eruis sustinentes te. et
liberas eos de manu an
gustie. domine ds nr.
Specie tua et pulchri
tudine tua intende
pspere pcede et regna. V.
Propter uitatem et man
suetudinem et iusticiam
et deducet te mirabiliter
Adextera tua. | | | |
Alla. V. Diffusa est gra
cia in labiis tuis. ppterea
benedixit te deus inter
num. Scdm Mathm.
Nullo t. Dixit ihc dis
sus parabolam hanc. Si
mile est regnum celorum
decem uirginib;. que ac
cipientes lampades suas
exierunt obuiam spon
so et sponse. Quinq; au
tem ex eis erant fatue.
et quinq; prudentes. Sz
quinq; fatue. acceptis
lampadib; non sumpse

runt oleum secum. Pru
dentes uero acceperunt
oleum in uasis suis cum
lampadibus. Moram autem
faciente sponso dormi
tauerunt omnes et dormie
runt. Media autem noc
tis factus est. Ecce
sponsus uenit. Exite ob
uiam ei. Tunc surrexe
runt omnes uirgines il
le et ornauerunt lampa
des suas. Fatue autem
sapientibus dixerunt. Da
te nobis de oleo uestro. Qui
a lampades nostre extin
guntur. Respondunt
prudentes dicentes. Ne
forte non sufficiat no
bis et uobis. Ite potius
ad uendentes et emite
uobis. Cum autem irent
emere uenit sponsus.
Et que parate erant in
trauerunt cum eo ad
nupcias. Et clausa est ia
nua. Nouissime uenerunt
et reliquie uirgines di
centes. Domine domine a
peri nobis. At ille respon
dens ait. Amen dico uo
bis nescio uos. Vigila
te itaque quia nescitis
diem neque horam. Off.
Offerentur regi uirgi
nes proxime eius offerentur
tibi in leticia et exultatione
adducentur in templum regi
Prima domine Sec. || domino.
Deus noster ut sicut in
tuo conspectu mors est
preciosa sanctorum. Ita eorum
merita uenerantium ac
cepta tibi reddatur oblatio. P.
Simile est regnum com.
Celorum homini negoci
tori querenti bonas marga
ritas inuenta una preciosa
margarita dedit omnia sua
et comparauit eam. Post com.
Sanctificet nos domine
quesumus tui perceptio sacra
menti et intercessio beate
matris tue eufemie. Tibi
reddat acceptos. P. Lucie
et Geminiani martirum. coll.
Pro domine precibus
nostris cum exultati
one prouectum ut quorum
diem passionis annua
deuotione colimus etiam
fidei constantiam subsequamur.
Vota po Sec. || mur. P.
puli tui domine propi
cianus intende. Et quorum
nos tribuis sollempnia
celebrare. Fac gaudere suffragiis.
Erau Post co. || gius. P.
Deus domine preces
nostras et sanctorum tuorum

quorum festa sollempni
ter celebramus. Continuis
foueamur auxiliis. P.

Lamperti epi et mris

Letabitur iustus in
domino et sperabit
in eo et laudabuntur omnes
recti corde. P. Exaudi deus
orationem meam cum deprecor
a timore inimici eius. Colle.

Deus qui nos beati lamperti
mris tui atque pontificis
anima sollempni
tate letificas. concede propicius
ut cuius natalicia colimus. de eius de
etiam protectione gaudeamus. P. Ps. l. Sapientie.

Iustus si morte preoccupatus
fuerit. in refrigerio
erit. Senectus enim ue
nerabilis est non diuturna
neque numero annorum computata. Cani
sunt autem sensus hominis
et etas senectutis
uita immaculata.
Placens deo factus dilectus
et uiuens inter peccatores translatus est.
Raptus est ne malicia mutaret
intellectum illius.
aut ne fictio deciperet
animam illius. Consummatus in breui exple
uit tempora multa. placita
enim erat deo anima
illius. Propter hoc properauit educere illum
de medio iniquitatum.
quoniam gracia et misericordia
est in sanctos. et respectus
in electos illius. G. Rx

Posuisti domine super ca
put eius coronam de
lapide precioso. V. Desiderium
anime eius tribuisti
ei et uoluntate labiorum
eius non fraudasti eum.

Alla. V. Letabitur iustus
in domino et sperabit
in eo et laudabuntur omnes
recti corde. Secundum
Nullo. t. Johannem.

Dixit ihesus dis. suis.
Amen amen dico uobis.
nisi granum frumenti
cadens in terram mortuum
fuerit. ipsum solum
manet. Si autem mortuum
fuerit. multum
fructum affert. Qui amat
animam suam. perdet
eam. Et qui odit animam
suam in hoc mundo.
in uitam eternam custodit
eam. Si quis michi ministrat.
me sequatur. Et
ubi ego sum. illic et minister
meus erit. Si quis

michi ministrauit. ho
norificabit eum. pr̄ m̄s.
Gloria et honore off.
coronasti eum et consti
tuisti eum sup̄ opera ma
nuū tuarū domine. Sec.
Munera tibi domine
dicata sanctifica. et
intercedente bto lampto
mr̄e tuo atq; pontifice. p
eandem nos placat' in
Qui uult co. tende. p.
Quenire post me abne
get semetipm̄ et tollat cru
cem suam et sequat' me. pt
Hec nos comunio com.
domine purget a cri
mine. et intercedente bto
lampto mr̄e tuo atq; pon
tifice. celestis remedij fa
ciat ee consortes. p. do.
Accessio Sequani abbis.
nos q̄s domine collca.
bti sequani abbatis co
mendet. ut quod nr̄is
meritis non ualemus.
eius patrocinio assequa
mur. p. dn̄m. Sec.
Sacris altaribus dn̄e
hostias suppositas sequa
nus abbas q̄s salutem
nobis p̄uenire deposcat. p.
Protege nos post co.
domine cum tui p
ceptione sacramenti be
atus sequanus abbas
p nobis intercedendo. ut
conuersationis eius expi
amur insignia. p. In vi
gilia Mathei apli.
Ego autem sicut oliua
fructifera in do
mo domini speraui in mia
dei mei et expectabo nome
tuum qm̄ bonum e ante
conspectum sanctorum tuorum.
p. Quid gliaris in malic.
Qui po. es iniq. coll.
Omnipotens deus. ut
beatus matheus apls
tuum p nobis imploret
auxilium. ut a nr̄is re
atibus absoluti. a cunctis
etiam periculis exuam. p.
Bl̄c. lib. Sapientie.
Beatus homo qui in
uenit sapientiam. et qui
affluit prudentia. Meli
or est acquisitio eius ne
gotiatione argenti et au
ri. primi et purissimi
fructus eius. Pretiosior
e cunctis opibus. et omnia
que desiderantur huic no
ualent comparari. Longi
tudo dierum in dextera ei.
et in sinistra illius diuitie
et glia. Vie eius uie pul
chre. et omnes semite illius
pacifice. Lignum uite e

hiis qui apprehendunt eam.
et qui tenuerit eam bea
tus. Dns sapientia fun
dauit terram: stabiliuit
celos prudentia. Sapia
illius eruperunt abyssi:
et nubes rore concrescunt.
Iustus ut palma flore. Gre.
bit et sicut cedrus lybani
multiplicabitur in domo
dni. V. Ad annunciandum
mane misericordiam tuam et
ueritatem tuam per noctem.
Alla. V. Beatus uir qui
timet dnm in manda
tis eius cupit nimis. Sm
Nullo t. Vidit lucam
ihc publicanum nomi
ne leui sedentem ad the
loneum: et ait illi. Seque
re me. Et relictis omnibus
surgens secutus est eum.
Et fecit ei conuiuium
magnum leui in domo
sua. Et erat turba mul
ta publicanorum: et ali
orum qui cum illis erant
discumbentes. Et mur
murabant pharisei et
scribe eorum: dicentes ad
discipulos eius. Quare cum
publicanis et peccatoribus
manducatis et bibitis:
Et respondens ihc: dixit
ad illos. Non egent qui
sani sunt medico: sed qui
male habent. Non enim
ueni uocare iustos: sed
peccatores ad penitentiam.
Gloria et honore off.
coronasti eum et con
stituisti eum super opera ma
nuum tuarum dne. Sec.
Sacrandum tibi dne
munus offerimus.
quo beati mathei sollep
nia recolentes. purifica
tionem quoque nris men
tibus imploramus. P.
Posuisti domine in com.
capite eius coronam de la
pide pretioso. Post co.
Perceptis domine
sacramentis. supplicit
exoramus: ut interce
dente beato matheo aplo
tuo. que pro illius ueneran
da gerimus passione:
nobis proficiant ad mede
lam. P. In die sancto.
Michi autem nimis
honorati sunt amici
tui ds nimis con
fortatus est principatus
eorum. P. Dne probasti me
et cognouisti me. Collecta.
Ecclesiam tuam domine
benignus illustra: ut
beati mathei apli et euan
geliste illuminata doctri

nis. ad dona perueniat
sempiterna. Per. Ec. ebi. p. a.
Fres. ad ephesios.
Vnicuique nostrum da
ta est gratia. secundum mensu
ram donationis xpi. Pro
pter quod dicit. Ascendens
in altum captiuam dux
it captiuitatem. dedit
dona hominibus. Quod
autem ascendit. quid
est nisi quia et descendit
primum in inferiores
partes terre. Qui descen
dit. ipse est et qui ascen
dit super omnes celos. ut
adimpleret omnia. Et
ipse dedit quosdam quidem
apostolos. quosdam autem
prophetas. alios uero euan
gelistas. alios autem pas
tores et doctores. ad con
summationem sanctorum
in opus ministerij. in
edificationem corporis
xpi. donec occurramus
omnes in unitatem fi
dei et agnitionis filij dei
in uirum perfectum. in men
suram etatis. plenitudinis
Nemus hono. Gr. xpi.
Nam sunt amici tui deus
nimis confortatus est prin
cipatus eorum. V. Dimi
nuerabo eos et super harenam

multiplicabuntur. Alla. V.
Non uos elegistis sed ego
elegi uos et posui uos
ut eatis et fructum affe
ratis et fructus uester ma
neat. Secundum mathem.
Nullo. 5. Cum trans
iret ihesus. uidit hominem
sedentem in theloneo
matheum nomine. et
ait illi. Sequere me. Et
surgens. secutus est eum.
Et factum est discumbe
te eo in domo. ecce multi
publicani et peccatores
uenientes discumbebat
cum et discipulis eius. Et
uidentes pharisei. dice
bant discipulis eius. Qua
re cum publicanis et pec
catoribus manducat ma
gister uester. At ihesus audi
ens. ait. Non est opus ua
lentibus medicus. sed male
habentibus. Euntes autem
discite quid est misericordiam uo
lo. et non sacrificium. Non
enim ueni uocare iustos.
sed peccatores ad peniten
tiam. Credo in unum.
In omnem terram exi
uit sonus eorum et in fi
nes orbis terre uerba eorum.
Suscipe munera. Secr.
Domine que in eius

tibi sollempnitate deferi
mus. cuius nos confi
ciimus patrocinio libe
rari. P. prefac. Te do
mine suppliciter. com.
Ego uos elegi de mun
do ut eatis et fructum
afferatis et fructus vr
maneat. post com.
Refecti cibo potuq; ce
lesti deus nost. te suppli
ces deprecamur. ut in cu
ius hec commemoratione
percepimus. eius muniamur
et precibus. P. Mau
ricii et sociorum eius.
Salus autem iustorum
a domino et protector
eorum est in tempore
tribulationis. P. Noli e
mulari in malig. neq; coll.
Ds qui nos concedis
sanctorum tuorum
natalicia colere. da no
bis in eterna beatitudine
de eorum societate gau
dere. P. Leg. e. bi. p. a. ad
Hebreos.
Sancti per fidem ui
cerunt regna. operati sunt
iusticiam. adepti sunt re
promissiones. Obturaue
runt ora leonum. extinx
unt impetum ignis. ef
fugarunt aciem gladij.
conualuerunt de infir
mitate. fortes facti sunt
in bello. Castra uerterunt
exterorum. acceperunt
mulieres de resurrecti
one mortuos suos. Alij
autem distenti sunt. non
suscipientes redemptio
nem. ut meliorem in
uenirent resurrectionem.
Alij uero ludibria et uer
bera experti. insuper et uin
cula et carceres. lapi
dati sunt. secti sunt.
temptati sunt. in occi
sione gladij mortui
sunt. Circuierunt in
melotis in pellibus capri
nis. egentes. angustia
ti. afflicti. quibus dignus
non erat mundus. In
solitudinibus errantes.
in montibus et in speluncis
et in cauernis terre.
Et hii omnes testimonio
fidei probati inuenti sunt.
In xpo ihu. domino nro.
Gloriosus deus in GR
sanctis ~~suis~~ mirabilis
in maiestate faciens prodi
gia. V. Dextera domini glo
rificata est in uirtute dex
tera manus tue confregit
inimicum.
Alla. V. Sancti et iusti

in domino gaudete uos e
